Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sup quatuor partes terre. idest sup omnes reprobos.
qui in quatuor partib terre morantur. in oriente
scilicet occidente aquilone & meridie. Vel p qua
tuor partes terre possumus intelligere quatuor
regna principalia assyriorum. videlicet & chalde
orum medorum & persarum macedonum atq; roma
norum. Siue etiam quatuor partes terre in quib
potestate accepit diabolus intelligam hereticos
paganos iudeos & falsos xpianos. Sup has qua
tuor partes idest terrenorum hominum & p deside
rium terram inhabitantium habet potestatem dia
bolus. & cum his contra unam xpi pugnat ecclam.
Quam ideo scindere n potest quia fide xpi est uni
ta iuxta illud una est columba mea. & illi diuisi
isti uero inuenium unum. Interficit v has partes
terre gladio male suggestionis. ut sup dictum est.
Et fame audiendi uerbum dei. De hac fame dns
dicit p amos pphetam. Mittam in eos famem n pa
nis nec sitim aque. sed famem audiendi uerbum
dei. Quo in loco questio oritur: Si ds hanc fa
mem inmittit. qd peccat diabolus. Que quest
io facile solutur. quia quod ds facit iusto iudi
cio. diabolus inuasione & mala uoluntate.
Et morte subaudis datum est illi interficere ho
mines spualiter scilicet atq; interiori. Et bestias
terre. Bestie efferatos homines & bestiales signi
ficant. p quos diabolus interfecit multos. sicut
fuit nero. domicianus. & ceteri persecutores sce
martyrum. De talibus dicit apls. Gretenses semp